

roli Iudex Albericus de fronte puplicus eiusdem terre notarius et subscripti testes liciterati de eadem terra ad hoc specialiter vocati et Rogati presenti puplico scripto fate-mur. quod cum Inter Venerabilem virum opiczonem episcopum Cannensem ex parte una. et Nobiles viros sire ambrosium de galiberto. et umfredum filium suum barolitatos ementes ex altera. questio seu controversia vertiretur super terris inferius designatis. Tandem communium amicorum interventorum. tractatu. Ambe partes sponte et voluntarie. In Santissimum et Reverendum in christo patrem et dominum dominum fratrem Radulphum ordinis predicatorum. dei gratia Sacro Sante Ierosolimitane ecclesie patriarcha. compromiserunt. ut ipse dominus patriarcha. usque per totum mensem Iunii proximo venturi. Visis Iuribus et Racionibus utriusque partis. tamquam arbiter Arbitrator et amicabile componitor. laudet. et componat prout sibi placuerit et melius visum fuerit expedire. Inter partes predictas super questione seu controversia supradictis. Dantes sibi liberam potestatem et speciale mandatum. arbitrandi laudandi seu Amicabiliter componendi super predictis et quibuslibet predictis. semel et pluries. libello dato et non dato. servato Iuris ordine et non servato. die feriato et non feriato. sedendo et stando. partibus presentibus et absentibus. Et promiserunt dicte partes mihi predicto notario puplico stipulanti nomine eorum quorum Interest vel Interesse poterit. observare et adimplere. quicquid predictus dominus patriarcha super premissis et quolibet promissorum. Arbitratus fuerit. laudaverit. seu amicabiliter duxerit componendi. Alioquin pars que predicta observare noluerit. cadat in penam unciarum auri viginti. solvendarum pro medietate. Si pars ipsius temporis non observaverit domino Archiepiscopo Barensi. et pro alia medietate parti observanti predicta. Si vero pars predictorum nobilium. predicta non serviet. medietatem dicte pene. Regie curie solvere teneatur. et aliam medietatem. parti predicta